



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 11. Hieronymi Verospii Cardinalis extrema.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

nibus in Ecclesia excipiendis, faltem in Sæc. XVII. A. C. 1652.
 diebus Dominicis & festivis. Censuit
 quoque die septima Septembris S. Con-
 cillii Congregatio, quod in Ecclesia Col-
 legiata non possit absque Sedis Aposto-
 licæ licentia asservari SS. Eucharistiæ
 Sacramentum, nisi sit Parochialis. De-
 nique Episcoporum Congregatio die
 octava Novembris statuit, quod non
 modo Puella vel Vidua, quæ ad susci-
 piendum habitum temere ingreditur,
 sed etiam Abbatissa illas suscipiens, in-
 cidant in censuras: de cetero autem
 Monialium confessionalia ita sint tecta,
 ut ab aliis confessiones audiri non
 possint.

§. XI.

*Hieronimi Verospii Cardinalis ex-
 trema.*

Ex Purpuratis, qui hoc anno obiire, Tuld. Hist. temp. l. I. Ciacon. in vita Urban. VIII.
 nonnisi tres occurrunt; & quidem
 primo decessit Hieronymus Verospius
 patria Romanus, qui Doctoratus lau-
 ream emeritus ab Urbano VIII. juvenis
 adhuc in Rotæ Romanæ Auditorem re-
 nuntiabatur; cum autem inter ceteros
 doctrina, pietate, aliisque virtutibus
 emineret, Romana etiam Purpura, &
 postmodum Auximana Ecclesia ab eo-
 dem Pontifice honorabatur: demum
 vero

Sæc. XVII. vero die decima quinta Januarii obiit
 A. C. 1652. sepultus in Episcopatus sui Ecclesia.

§. XII.

*Marcellus Lantes Cardinalis
 mortuus.*

*Ciacon. in
 vita Pauli V.
 tom. 4.*

Ejusdem anni die vigesima nona Aprilis idem æternitatis iter Romæ ingressus est Marcellus Lantes pariter patria Romanus, qui a Clemente VIII. Cameræ Apostolicæ Auditor, a Paulo V. Presbyter Cardinalis & Tudertinus Episcopus nominabatur: Enituit in hoc Cardinale ingens promovendi Divini cultus studium, quo incitatus Clericorum Seminarium, Franciscanorum Ecclesiam unacum Cænobio, Templum S. Mariæ apud Portam Angelicam, & vicinum Monasterium præter Ecclesiam & Monasterium Monialium Carmelitarum Discalceatarum suo ære aut erexit, aut promovit: Templum quoque S. Mariæ in Foro boario amplius exornatusque, necnon domum pauperum S. Sixti, Xenodochium Fratrum Misericordiæ in Insula Tyberina, & Palatium Episcopale unacum Seminario in urbe Veltrensi extrui curavit, ac proventibus auxit, maximamque suarum opum partem in pauperes effudit.

§. XIII.